



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 Vtrum diligere amicum sit melius, quàm diligere inimicum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Cap. 8. pa- rum a prin- cipio, 10.1.

deretur in infinitum. Et patet sequela, quia excessus, uel defectus attenditur penes aliquam mensuram, quae exceditur, uel a qua aliquid deficit. Et hoc fundamentum bene notato in appetibilibus, & agibilibus: quoniam omnis mensura est finis, quae pepes finem sumitur omnium horum ratio, & pluries oportet hac propositione uti.

Li. 4. c. 3. circa medi. 10.3

In eodem sexto art. in responsione ad tertium circa illa uerba: Actus interior charitatis habet rationem finis, quia ultimum bonum hominis consistit in hoc, quod anima Deo inhaereat ad ueritatem, quod auctor comparat hic actum interiore charitatis ad actus exteriores imperatos, qui sunt ad finem, & respectu eorum dicit, quod actus interior est finis, & non comparat actum interiore charitatis ad actum non imperatum: sed naturalem in intellectu beati causato a Deo praesente sub claro lumine gloriae, tum quia talis actus cum sit obiectum amoris, habet magis rationem finis, quam ipse actus amandi, cui ex hoc ipso quod est actus uoluntatis, minus conuenit ratio finis: quia ratio finis est ratio obiecti uoluntatis: tum quia auctor loquitur de actu, quo anima inhaeret ultimo fini, scilicet Deo, ut patet in littera, ut distinguitur ab actibus, quibus non inhaeremus, sed accedimus ad Deum. Visio autem Dei in patria non excluditur ab actu uoluntatis, quo anima inhaeret Deo: sed includit ipsum, ut propriam ipsius causam. Et propterea attribuitur hic esse ultimum, actui uoluntatis: & propterea esse mensuram aliorum non ut excludit uisionem in patria, sed ut claudens illam in se: ita ut totalis adhesio ad Deum, cuius una pars actus uoluntatis ex una sumatur parte, ex parte finis, reliqua ex parte eius, quod est ad finem. Totum. n. illud, & fin-

In prin. lib.

In Arg. 1. huius art.

Lib. 2. c. 82. rom. 2.

Lib. 1. Polit. cap. 6. a medio, 10.5.

¶ 2 Præter Aug. dicit in li. 2. de moribus, ec. c. 10. Dic mihi, quaeso te, quis sit diligendi modus. Verum enim ne plus, minus uel quam oportet, inflamer desiderio, & amore domini mei. Frustra autem quereretur modum, nisi esset aliquis diuinae dilectionis modus, ergo est aliquis modus diuinae dilectionis.

¶ 3 Præter. Sicut Aug. dicit 4. super Gene. ad litteram. Modus est, quem unicuique propria mensura praefigit: sed mensura uoluntatis humanae, sicut & actionis exterioris, est ratio, ergo sicut in exteriori effectu charitatis oportet habere modum a ratione praesentem, secundum illud Rom. 12. Rationabile obsequium uestrum: ita etiam interior dilectio Dei debet modum habere.

SED CONTRA est, quod Bernardus dicit in li. 2. de diligendo Deum, quod est diligendi Deum, Deus est modus, sine modo diligere.

RESPON. Dicendum, quod sicut patet ex inducta auctoritate. Augustinus, modus importat quandam mensuram determinationem. Haec autem determinatio inuenitur & in mensura, & in mensurato, aliter tamen & aliter. In mensura inuenitur essentialiter, quia mensura secundum se ipsam est determinatiua, & modificatiua aliorum: in mensuratis autem inuenitur mensura secundum aliquid in quantum attingunt mensuram. Et ideo in mensura nihil potest accipi immo modificatum: sed res mensurata est immo modificata, nisi mensuram attingat suo deficiat, siue excedat. In omnibus autem appetibilibus, & agibilibus mensura est finis: quia eorum quae appetimus, & agimus, oportet propriam rationem ex fine accipere, ut patet per Philof. 2. Phyl. Et ideo finis secundum se ipsum, habet modum: ea uero quae sunt ad finem, habent modum ex eo, quod sunt fini proportionata. Et sic sicut Philof. dicit 1. 1. Politic. Appetitus finis in omnibus artibus est absque fine & termino: eorum autem quae sunt ad finem, est aliquis terminus. Non enim medicus imponit aliquem terminum sanitati, sed facit eam perfectam quantumcumque potest, sed medicus imponit terminum. Non enim datur tantum de medicina, quantum potest, sed secundum proportionem ad sanitatem: quam quidem proportionem si medicina excederet, uel ab ea deficeret, esset immoderata. Finis autem omnium actionum humanarum, & affectionum, est dilectio Dei, per quam maxime attingimus ultimum finem, ut su-

pra dictum est. Et ideo in dilectione Dei non potest accipi modus, sicut in re mensurata, ut sit in ea accipere plus, & minus: sed sicut inuenitur modus in mensura, in qua non potest esse excessus, sed quod plus attingitur regula, tanto melius est: & ita quatio Deus plus diligitur, tanto est dilectio melior.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud, quod est per se, potius est eo, quod est per aliud. Et ideo bonitas mensurae, quae per se habet modum, potius est, quam bonitas mensurati, quae habet modum per aliud. Et sic etiam charitas, quae habet modum sicut mensura, praereminet aliis uirtutibus, quae habent modum sicut mensuratae.

AD II. dicendum, quod Augustinus iungit, modus diligendi Deum est, ut diligatur, id est, ut diligatur quantumcumque potest. Et hoc pertinet ad modum, qui communitur.

AD TERTIUM dicendum, quod obiectum subiicitur iudicio rationis, & inuenitur in mensura: sed obiectum diuinae dilectionis, Deus, excedit iudicium rationis, & ideo non subicitur rationi, sed rationem excedit. Nec interiori actu charitatis, & exteriori interiori actu charitatis habet rationem ultimum bonum hominis consistit in hoc, quod anima Deo inhaereat, secundum illud Psal. 118. Deo bonum est. Exteriores autem actus ad finem: & ideo sunt commensurandi charitatem, & secundum rationem.

ARTICVLVS VII.

Vtrum sit magis meritorium diligere inimicum, quam amicum.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod magis meritorium sit diligere inimicum, quam amicum. Dicit enim Mat. 5. Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Diligere ergo amicum non meretur mercedem: sed diligere inimicum meretur mercedem, ut ibidem ostenditur, ergo magis est meritorium diligere inimicos, quam amicos.

¶ 2 Præter. Tanto aliquid est magis meritorium, quanto ex maiori charitate procedit: sed diligere inimicum est perfectiorum filiorum Dei, ut Aug. dicit in Enchir. diligere autem amicum est etiam charitatis imperfectae, ergo maioris meriti est diligere inimicum, quam amicum.

¶ 3 Præter. Vbi est maior conatus ad bonum, ibi uel esse maior meriti: quia unusquisque propriam mercedem accipit secundum summam bonorum, ut dicitur 1. Cor. 3. sed maior conatus indiget homo ad hoc, quod diligat inimicum, quam ad hoc, quod diligat amicum, quia difficilius est, ergo uidetur quod diligere ini-

micum sit magis meritorium, A quam diligere amicum.

SED CONTRA est, quia illud, quod est melius, est magis meritorium: sed melius est diligere amicum, quia melius est diligere meliorem. amicum autem qui amat melior, quā inimicus, quod odit ergo diligere amicum est magis meritorium, quā diligere inimicum.

RESPON. Dicendum, quod diligendi proximum ex charitate, Deus est, sicut supra dictum est. Cum ergo quaeritur, quid sit melius, uel magis meritorium, utrum diligere amicum, uel inimicum, dupliciter istae dilectiones comparari possunt. Vno modo ex parte proximi, qui diligitur: alio modo ex parte rationis, propter quam diligitur. Primo quidem modo, dilectio amici praeminet dilectioni inimici, quia amicus & melior est, & magis coniunctus, unde est materia magis conueniens dilectioni. Et propter hoc actus dilectionis super hanc materiam transiens, melior est, uade & eius oppositum est deterius: peius, n. est odire amicum, quam inimicum. Secundo autem modo, dilectio inimici praeminet propter duo.

Primo quidem, quia dilectionis amici potest esse alia ratio quam Deus: sed dilectionis inimici solus Deus est ratio. Secundo, quia praesupposito quod uterque propter Deum diligitur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, quae animum hominis ad remotiora extendit. usque ad dilectionem inimicorum: sicut uirtus ignis tantum ostenditur esse fortior, quantum ad remotiora diffundit suum calorem. Tanto ergo ostenditur diuina dilectio esse fortior, quantum propter ipsam difficiliorem implemus: sicut & uirtus ignis tantum est fortior, quantum comburere potest materiam minus combustibilem. Sed sicut idem ignis in propinquiora fortius agit, quam in remotiora: ita et charitas feruentius diligit coniunctos, quam remotos. Et quantum ad hoc, dilectio amicorum secundum se considerata, est, feruentior & melior, quam dilectio inimicorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uerbum Domini est per se intelligendum. Tunc enim dilectio amicorum apud Deum mercedem non habet, quando propter hoc solum amantur, quia amici. Et hoc uidetur accidere, quando sic amantur amici, quod in inimici non diliguntur. Est tamen meritoria amicum dilectio, si propter Deum diligantur, & non solum quia amici sunt.

AD ALIA patet responsio per ca, quae dicta sunt. Nam duae rationes sequentes procedunt ex parte rationis diligendi: ultima uero ex parte eorum, quae diliguntur.

ARTICVLVS VIII.

Utrum sit magis meritorium diligere proximum, quam diligere Deum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod magis sit meritorium diligere proximum, quam diligere Deum. Illud enim uidetur esse magis meritorium, quod Apostolus magis elegit: sed Apostolus praelegit dilectionem proxiimi dilectioni Dei, secundum illud ad Rom. 9. Optabam anathema esse Christo, pro fratribus meis, ergo magis est meritorium diligere proximum, quam diligere Deum.

¶ 2. Praet. Minus uidetur esse meritorium aliquo modo diligere amicum, ut dictum est: sed Deus maxime est amicus, qui prior dilexit nos, ut dicitur. Ioan. 4. ergo diligere Deum uidetur esse minus meritorium.

¶ 3. Praet. Illud, quod est difficilius, uideretur esse uirtuosius, & magis meritorium: quia uirtus est circa difficile, & bonum, ut dicitur in 2. Ethic. sed facilius est diligere Deum, quam proximum, tum quia naturaliter omnia Deum diligunt: tum quia in Deo nihil occurrit, quod non sit diligendum, quod circa proximum non contingit. ergo magis est meritorium diligere proximum, quam diligere Deum.

SED CONTRA est, quia propter quod unum, quodque, illud magis: sed dilectio proximi non est meritoria, nisi propter hoc, quod proximus diligitur propter Deum. ergo dilectio Dei est magis meritoria, quam dilectio proximi.

RESPON. Dicendum, quod comparatio ista potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut scilicet con sideretur utraque dilectio: & tunc non est dubium, quod dilectio Dei est magis meritoria. Debetur enim ei merces propter seipsam, quia ultima merces est frui Deo, in quem tendit diuina dilectionis motus. Vnde & diligenti Deum merces promittitur Io. 14. Si quis diligit me, diligitur a Patre meo, & manifesta boei meipsu. Alio modo, potest attendi ipsa comparatio, ut dilectio Dei accipiatur, secundum quod solum diligitur: dilectio autem proximi accipiatur, secundum quod proximus diligitur propter Deum. Et sic dilectio proximi includit dilectionem Dei: sed dilectio Dei non includit dilectionem proximi. Vnde erit comparatio dilectionis Dei perfectae, quae extendit se etiam ad proximum, ad dilectionem Dei insufficientem & imperfectam: quia hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum: & in hoc sensu dilectio proximi praeminet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod secundum unam glossam expositionem, hoc Apostolus tunc non optauit.

quatuor, supponit eandem charitatem diligere amicum plus quam ut quatuor: quoniam eadem charitas magis tendit obiectum propinquius, quam remotum. Cum ergo dicitur, Dilectio proximi includit dilectionem amici, distinguendum est de dilectione habituali, uel actuali amici. Nam si de habituali est sermo, uerum assumitur: sed oppositum concluditur, ut dicitur: quia eadem charitas magis tendit in propinquum, quam remotum. Et propterea neganda est sequela: quoniam non includit illam gradualiter, & aliquid addit, sed includit illam ut communem causam sui. & dilectionis amici. Si uero de dilectione actuali amici est sermo, falsum manifeste assumitur. Non enim in actu, quo diligo Ioanem inimicum, claudatur actus, quo diligo Petrum amicum.

¶ Super questio. uiginti. septima articulum octauum.

¶ Articulus 8. Responsio ad tertium quod danda est memoria: quia pluries oportet ea uti, nihil quod aliud scribendum occurrit.

¶ Super questio. uiginti. septima articulum octauum.

¶ Articulus 8. Responsio ad tertium quod danda est memoria: quia pluries oportet ea uti, nihil quod aliud scribendum occurrit.

¶ Super questio. uiginti. septima articulum octauum.

¶ Articulus 8. Responsio ad tertium quod danda est memoria: quia pluries oportet ea uti, nihil quod aliud scribendum occurrit.

¶ Super questio. uiginti. septima articulum octauum.

Infra q. 181. ar. 2. co. Et 3. dist. 30. ar. 4. Et quodlibet. 6. ar. 11. cor.

Ar. praeced.

Lib. 2. Ethic. c. 3. circa finem 5.

Glossa ordinaria in principio metrica. ar. ad c. 9.